

QK. 529, 27

B. m. II

II i
1045

**BIBLIOTHECA
ANTI-PONTIFICIÆ
CLARORUM LUBECENSIVM,
SPECIMEN**

D. XIX. Octobr. A. MDCCXVII.

in

BIBLIOTHECA
PONTIFICIANA

UNIVERSITÄT
HALLE
GSALE
BIBLIOTHEK

Phrontisterio

Lubecensi

X 2313032

edidit

GEORGIUS HEINRICUS GOETZIUS, D.

Superintendens.

LUBECÆ, Typis Samuelis Struckii.



AUDITORES,

de

Republica, Ecclesia, Schola,

bene sentientes, bene merentes!

Vosque

Juvenes, bonarum artium culturâ efflorescentes!



*B*ibliothecam Presbyterii Lubecensis
Anti-Pontificiam pandere cœpi, in qua
 Monumenta doctrinæ exhibui, quæ à Viris,
 tum in Domino jamdudum demortuis, tum
 1) viventibus adhuc, utinam diutissime!
 edita fuere, atque communi utilitati huc
 usque impertita. Utile enim ac perquam
 necessarium fore credebant Sacerdotes venerabiles, si non solum
 se ipsos adversus pravas Doctorum sententias præmunirent, sed
 alios etiam, variis erroribus ductos, emendarent, atque ad veræ
 fidei

1) Præter Scripta illa, quæ D. Nicolaus Hunnius Ecclesiæ dedit, D. Helvici
 quoque Garthii, Affinis sui, *Homilias, Communionem sub una*, Papatui familiarem
 impugnantes, A. 1626. Lubeca in 12. edi curavit, hac epigraphe conspicuas: D.
 Helvici Garthii offenbartscher Beweis / daß die Communion unter einerley Gestalt
 im Abendmahl des Herrn / weder Christlich / noch Catholisch / sondern Antichristlich
 sey / in der neuen deutschen Kirchen zum Salvator, der Königl. Haupt- und Altstadt
 Prag / durch drey Predigten / den Jesuitischen Greueln entgegen gesetzt / ist allen vom
 Pabsthum bedrängten Christen / zur Nachrichtung und Warnung / in Druck gege-
 ben / durch Nicolaum Hunnium, D. Superintendenten zu Lübeck. In ea autem
 sum sententia, Reformationem illam solennem, quæ Pragæ tunc temporis insti-
 tuta fuit, & quam plurimos fidei purioris Doctores in exilium ire jusit, editio-
 nem horum Sermonum Anti-Pontificiorum procurasse, quò infirmi majora ex
 illis caperent fidei incrementa, atque erroneas de sacra cœna, quæ adversa pars
 spargere

fidei professionem perducerent. Magna siquidem vis Superstitioni inesse solet, quæ, si radices primum agere inceperit, vix ac ne vix, vel difficulter admodum, ex animis hominum potest evelli. Sacris enim, aut non lectis, aut malè intellectis, litteris, Sapientia præterea humana, opibus ac præfidiis carnis innixa, & plus justo observata, facilis admittitur lapsus, qui miseros reddit homines, eosque in extremam detrudit perniciem. Quapropter dum longe lateque se pandunt divina bona, beneficii haud postremi loco habendum esse arbitror, quod Viri prodierint in publicum, & nunc quoque conspiciantur, eâ virtute & doctrina instru-

A 2

instru-

spargere solita erat, sententias eo melius repudiarent. *Utlarius M. Jac. Stolterfothii Homiliarum*, adversus Pontificem Romanum, juxta ductum *Matth. XVI. v. 13.* directarum, integrum titulum lubet hic apponere: Petrus Romanus, der falsch genannte Petrus zu Rom, das ist, zwei Evangelische Predigten darinnen erwiesen und dargethan wird / in welchen Stücken der Pabst zu Rom mit Petro übereinkomme / und in welchen im Gegentheil er demselben zu wieder sey. Daraus ein Evangelischer Christ leichtlich wird zu vernehmen haben / daß es nur ein falscher und nichtiger Ruhm sey / wenn der Pabst für St. Petri Successorn und Stuhl-Erbensich ausgeben / und der Kirchen auffdringen wil. Gehalten in Lubeck / in St. Marien Kirchen: Die erste am 29. Junii / war der Tag Petri und Pauli / die andere am 6. Julii / durch *M. Jacobum Stolterfoth*, Dienern am Wort bey selbiger Kirchen / und aniso auff Begehren im Druck verfertiget. A. 1630. in 4. Hisee nundinis Autumnalibus, *Lipsiæ* celebratis, denud in 8. prodit *D. Augusti Pfeifferi* Libellus: *Lutherthum vor Luthero* inscriptus, cura *Joh. Andreae Gleichenii*, Sacerdotis in Aula Saxonica, qui *Præfationem* adjecit, in qua de Lutheranismi antiquitate nonnulla protulit in medium. *Michælis* denique *Osterhoffii*, Phil. Magistri, & *Symmystæ Mariani*, hic mentionem injiciendum esse arbitratus sum, qui, cum in Academia Jenensi litteris sacris operam daret, sub ductu *D. Joh. Gerhardi*, adversus *Pontificios*, aliosque, studium veræ pietatis labefactantes, disputavit, prout ex præclarissimi hujus Theologi *Disputat. Academicis*, p. 458. sqq. probari potest. Verum nec *Henricum Glambecium*, qui Travemündensis primum Ecclesiastes fuit, postea in æde, arci contigua, Verbum DEI docuit, actandem ad Ecclesiam Cathedralam fuit promotus, silentio præterire nolo, quippe qui A. MDCXV. in *Academia Vitebergensi* diligentia edidit Specimen, & *Anthropologias sacra Disput. XXVII. de Causa formali Justificationis nostræ*, Pontificiis oppositam, sub Præfatio, *D. Balthasaris Meisneri*, defendit. In eadem Ecclesia Cathedrali docuit *Jac. Lippius*, qui, *Rostochii* A. MDCLXI. sub moderamine *D. Hermannii Schuckmanni*, *Bellarminum devium*, in *Articulo de bonis Operibus*, proposuit, ejusque errores discussit.

instructi, quæ ad infringendas perversè doctentium sententias requiritur, multisque ac præclaris documentis se reddit conspicuam. Verum enim verò quamvis laudem illam, quam Venerabilis Sacerdotum Lubecenſium Ordo, in debellandis Romanenſium placitis, ſibi vindicare poteſt, dubiam eidem reddere noſſim, negari tamen propterea haud debet, alios quoque Viros, qui Lubecæ quidem nati & educati fuere, patriæ tamen Eccleſiæ miniſterium ſuum accommodare haud potuerunt, paſſim inveniri, qui ſcriptis, adverſus Pontificios directis, vel diligentia ſua exhibere voluerunt, ſpecimina, vel amorem, quo in Lutheri doctrinam feruntur, declarare, vel, diſſentientium aſſertiones enervandas ac proſcribendas eſſe, evincere, ſtuderunt. Et horum itaque memoriã ab oblivione vindicandã, imò exemplum Juventuti Scholaſticæ, ad virtutis & honoris faſtigium contendenti, ad imitandum proponendum eſſe arbitratus ſum, quò tum divina, quæ in iis eſſulgent, beneficia dignè æſtimentur, tum Republica ſacra ac litteraria Doctoribus ſubinde abundare queat, quorum opera in Eccleſiæ, mirum in modum quæſata, & penitus oppreſſa, ſolatium & incrementum adhibeatur. Non malè itaque me facturum judicavi, ſi nunc BIBLIOTHECAM quoque ANTI-PONTIFICIAM CLARORUM LUBECENSIUM, quantum temporis permittet ratio, aperire, & Juvenes noſtros ad eandem inſpiciendam, & perreptandã, excitare inſtituero. Animi ſiquidem hominum inſatiabiles propemodum ſunt, ut, quò plus ſunt viſi, plus appetantur, libelli. BIBLIOTHECA ergo modò condita, aliam excipiat, monſtrètque BIBLIOTHECAM, haud exiguis codicibus inſtructã, inque conſpectum nunc veſtrum producendam.

Ad claros autem Lubecenſes Vos nunc reſpicere jubeo, Juvenes per dilecti, qui vobis cum vel patriam habent communem, vel Lyceo huic debent ingenii culturã, ſolidamque in litteris inſtitutionem, licet illi nullum Lubecæ munus ſacrum adminiſtraverint. Ante omnia verò ab eorum numero ſegregandos eſſe puto LAURENTIUM SURIUM, & JANUM GVIELIUM, Lubecenſes, qui in Pontificiorum tranſierunt caſtra

fra, 2) atqve pio Lutheranorum cœtui valedicere, notamqve turpitudinis inurere, sustinuerunt. Is siquidem, SURIUM autem respicio, variis scriptis, imò vastis, quæ paravit, voluminibus, luculenter factis declaravit, se à veritate Religionis Lutheranae abhorrere, ac fabulis anilibus magis delectari, quam verbo illo, quò divinius, aut certius nihil dici, ac excogitari potest. Hinc nobile inter eos sortitus est nomen, qui *Bibliotheca Anti-Lutherana*, vel *Apostatarum Catalogo*, inseri mereatur. Eos itaqve tantum adducendos esse jure meritoqve arbitror, qui sincerè fidem salutarem amplexi fuerunt, atqve scriptis publicis ad posteros propagarunt. Horum autem numero addere nolo Duum-Viros illos Clarissimos, ac Reverendos, PHILIPPUM LUDOVICUM HANNEKENIUM, & HENRICUM MULLERUM. Ille enim ad eos pertinere mihi videtur, qui *Marpurgum* & *Hassiam*, in qua lucem publicam adspexit, ac præcipuam vitæ partem transegit, voce & scriptis nobilitavit, quamvis hic in ædibus Patris, D. MENONIS HANNEKENII, Præsulis Lubecensis, non sine laudis præfamine nominandi, per tempus non adeo longum fuerit commoratus. Etenim si in hac, quam nos incolimus, Civitate lucis usurâ primum frui cœpisset, nec, exactis juventutis annis, eandem statim deseruisset, ejus quoqve mentionem in *Bibliotheca nostra Anti-Pontificia* injiciendam esse rectissimè statuerem, quippe qui varia *Opuscula* elucubravit, in isthac commemoranda. Dedit enim is *Jesuitam*, dolentem ineptias *Traditionum spuriarum*. 3) *Dissertationem*

A 3

dissertationem

2) Horum meminit *Joh. Mollerus* in *Uagoge ad Historiam Chersonesæ Cimbricæ, Ecclesiasticæ & Literar. P. II. p. 100.* hisce verbis: *Multos Missionarii isti ex nostratibus ad Ecclesiam suam pellegerunt Apostatas, & illustres & eruditos, quos inter solos jam commemorabo Laurentium Surium, & Janum Guilielmum, Lubecenses.* Idem provocat ad *Curr. Schlüsselburgii Theologia Calvinistarum P. II. p. 286.* quippe qui eundem *Lubecensem Apostatam* vocat. De hoc verò *Laurentio Surio* in *Examine Autumnali A. MDCCIII. sermonem* in Lyceo peculiarem habui, quæ alia occasione publici juris faciam, *D. Joh. Conradus Danmbauerus* in *Alerhaa sancta sui vindicæ, contra defensionem Miraculorum Ecclesiæ Catholicae p. 123.* eum noris *Lutheranorum hostibus* annumerat, atqve ex *Baronio* refert, quod, ad *Ann. 324. p. 116.* commentans, illum mendacii arguat, eò quod *mendaciter infamasset nobilissimum Antistitem, Victorinum Pitaviensem.*

3) Prodiit is *Rostochii A. MDCLXII. in 17.*

sertationem deinde de absurdo Dubitationis, 4) iis oppositam, qui negant, Lutheranos, vel salutaris certitudinem, vel precum exactionem, sibi promittere posse, sed obscura spe & cœca expectatione semper pendere atque affligi. Sanctum prætereo *Concordiæ Librum*, quem infamare studuit famosissimus ille Purpuratus Doctor, bella armaque minitans, qui *Bellarminus* vocatur, perpulchrè vindicavit, 5) atque *Analysin Fidei Christianæ*, quam *Gregorius*

4) Legitur illa, sub Præsidio *D. Mich. Siricii* proposita, *T. IX, Disp. Giesf. Disp. XXI, p. 1174. fqq.*

5) Dicusio repetita iudicii famosi, quo sanctum *concordiæ librum* infamare olim conabatur Card. *Bellarminus*, *Giesfæ* A. MDCLXXV. edita fuit. Haud inclegans carmen est, quod cecinit *M. Baroldus Borsaccus*, Lubeo, dignissimus tanto Doctore discipulus, (id quod ex variis *Dissertationibus*, de *Cura Domestica Romanorum*, A. MDCLXIX. editis, nec non ex *Theologia Polemica tentatis recessibus*, qui A. MDCLXXV. prodierunt, *Disp. I. XI. XIX. XX. XXVII. XXXIX.* sub Præsidio *Hannekeniano* defensus, probari potest) cum adductam *Discussionem*, *Leopoldo Caspary Iungio* inscriptam, edi curaret, quod in gratiam eorum, qui hisce Musis delectantur, hic apponam:

„Non sic triumphes veritatem cœlicam	„Quid tingeretur? Ungvis arguit seram;
„Calve <i>Roberte</i> , Pater	„Est <i>Esuita</i> Pater:
„Caperque Romani gregis.	„Quid ille veri dixerit?
„Non sic <i>Robertum</i> semper exscribas, DEi	„Est ipsa <i>Dii</i> veritas oraculi,
„Dum fera bella moves,	„Quam scabit ungue suo:
„Papæa fex, Ecclesiæ.	„Quid illa falsi dixerit?
„Qvis innocens, quando arguisse sufficit?	„Mendacium sic mentienti fingitur
„Nonne, probetur, ait,	„Error & Hæretico
„Qui munus ornat iudicis?	„Et <i>Vanitas vanissimo</i> .
„O certa, sancta, non tacenda veritas!	„Dudum retexit illa <i>Leucoris</i> , stylo
„Quam Tibi magna dica	„Confodienda suo!
„Ab arte lava scribitur!	„Hæc monstra digna iudicans.
„Insignis, audi, <i>vanitas</i> impingitur,	„Sed dum <i>Lacunas</i> sorbet usu turbidas
„Sextuplicique modo	„Perpete rafa cohors,
„Exclusa turpis <i>hæresis</i> .	„Novo est opus nunc vindice.
„Sunt plura, <i>Sexaginta septem</i> diceris	„Surge ergò <i>vindex</i> aureæ <i>Concordiæ</i> :
„Intumuisse sibi	„Nobile tolle caput
„Pugnantibus mendaciis.	„Per serva Papæ nomina.
„Atrox dicaxque tanta criminatio	„Erroris æ mendacii falso ream
„num quoque vel minimo	„Crimine solve malo,
„veri celore tingitur?	„Defende verò simplici.

At

rius de Valentia paravit, paralyticam esse, demonstravit, 6) Reliqua, 7) prelo destinata, pratermittens, HENRICUM quoque MÜLLERUM, Theologum Rostochiensē perquam celebrem, hic abesse jubeo. Quamvis enim is ex Parentibus, quibus Lubeca

„At ecce praeſto Doct̄or HANNEKENIUS;	„Dignare ſcriptum lectione, quisquis es,
„Tama cui merito	„Judiciumque viri
„Spondet perennem gloriam.	„Mirare, verba ſuſpice.
„Hic, hic premit potente falſum dextera,	„Sic Cardinalem mentientem videris,
„Crimina dum removet	„Hæreticamque ſua
„Erroris ac mendacii,	„In veritate prodigum.
„Vincit brevi ſed nobili certamine,	„Sic veritatem prædicarum fulgidam,
„Progeniemque necat	„Nec renitere libro
„Eſviticæ calumniæ.	„Concordia negaveris.

6) Titulus *Dissertationum*, Gregorio de Valentia, Profefſori Ingolſtadienſi, quem *magnum hoſtem inſtaurata veritatis Evangelica* vocat, oppoſitarum, ſequentem in modum eſt prænotatus: *Hebdomas Diſputationum, de Neceſſitate Doctrinae Chriſtianae, profanae negata, imprudenter aſſerta, & inſallibiliter demonſtrata, pro agnoſcenda una veraque Religione.* Cum dedicatione ad ſereniſſimos Haſtiae Landgravios, *denovo praxi pietatis, Gieſſe A. MDCLXXVIII.* Haſce autem *Diſſertationes* alium A. MDCLXXXIII. induiſſe titulum, & *Paralyſin fidei Papae,* juxta *Analysin fidei Gregorii de Valentia,* vocari, ex *Actis Eruditorum ad Annum MDCLXXXIII. p. 321. ſqq.* didici.

7) Adducuntur illa, quæ Pontificios feriunt, tum edita, tum in ſerinijs adhuc latentia, in *Triade Decadum Memoriam Theologorum exhibente, Autore D. D. Heinr. Pippingio, p. 1659. ſqq.* Eo forſan referri debent Obſervationes ineditæ, *Adamo Burghabero* opponendæ, quarum ſpem aliquam feciſſe videtur in *Praefatione, Diſcuſſionem Repetita judicii famoſi* præmiſſa, verbis inſequentibus, digniſque, quæ hic denuo legantur; „Prodiit liber ante annum, quem ſatius fuerat manſiſſe domi, ſub titulo, *Apologia Irenici Catholici, Hen. Thomæ Henrici, Biſchoffen zu Chryſopolis &c. wieder des Menonis Hannekenii, Lübediſchen Superintendenten ungegründete Schriſt / Irenicum Catholico-Evangelicum genannt / durch Adamum Burghaber, è Soc. Jeſu, S. S. Theol. D. & Controverſiarum fidei Profeſſ.* de quo quid ſentire debeant pii, etiam inter Papiſtas, quid veræ religionis Socii ſibi habeant à Jeſuita apoſogeta promittere, quale ipſi Domino Adamo Burghaber ſatum ſui libri ſit exſpectandum, Tuæ Præſtantia, *Amice dilecte,* explicare volui vel ideò, quod præmonitionem hanc *Diſcuſſionis judicii Bellarmiani* junctam in Patria tua credidi multorum Papæorum oculis poſſe exponi. Ante omnia miror poſſe pro ſcripto pacifico defendendo tam acerbè ſcribi *Apologiam pro Irenico aſſerendo, niſi ſententijs Apoſogeta ab Irenico*

nico

Lubeca aſylum erat, bello terram Meclenburgicam deſtante, ejus-
 que Cives in fugam conjiciente, Lubeca 8) natus, ac aliquantiſper
 educatus fuerit, ad Roſtochium tamen paulo poſt, Pace iterum
 reddita, perreſcit, ibidemque enutritus, Doctorum, quos Eccleſia
 & Academia habet, numero inſertus, atque denatus eſt. Lau-
 dem tamen & commendationem merentur ipſius conatus ſacri,
 quos & Theologiſ Scholaſticis, & Romanenſium ſcriptis, & Præ-
 ſidis Occidentalis magnis paraſicis 9), doctè oppoſuit, in omnium
 ferè verſantes muſeis. Ad ſcopum itaque propius accedens,
 BARTHOLDUM BOTSACCUM laudandum eſſe ſtatuo. Is
 enim Lubecæ ortum ſuum debet, variaque, quibus affectum ſe
 profeſſus eſt, beneficia. Hinc tum *Brunovici*, tum *Hafnia*, præcla-
 rè de

„nico auctore diſideat, pacificis quam maximè verbis adornandam eſſe judicavi
 „ſemper. Sed Dominus *Adamus* ſcommatiſtam agit, & ubi declinat non valet
 „pondera veritatis, Beatum *Hannekenium* laeſit, & verba inſumit exſibilando
 „viro bono, quæ dogmã ritè tradendo fuerant adaptanda. Quanto melius agit
 „*Dn. Voluſius*, Paſtor & Eccleſiaſticus *Moguntinus* celebris, qui memor thematis
 „pro pace *D. Hannekenium*, alioſque Lutheranos ſic tractat verbis, ut tractare Ire-
 „nico doctore adverſarium ſuum erat conveniens; Inde *Hierarcha Lubecenſis*,
 „*Theologus veteranus*, *Theologus Oculatus*, & ſic porro *Hannekenius* in *Aurore*
 „*pacis Relig. Dni Voluſii* ſalutatur. Certè ex ſpiritu manſuetudinis loquitur, qui ſic
 „verba attemperat, ut alius ex malevolentia & tyrannidis genio fulminat, qui
 „ſcommata & calumnias pro defendenda theſi evibrat. Sciant igitur pii, Apologia
 „iſti nil ſolidi ineſſe, quæ & vano conſumatur multiloquio, & methodum Apologe-
 „tae Irenici proſuſ non tenet; ſciant, non legendam eſſe Apologiam, niſi adhibito
 „*B. Hannekenii* Irenico, quod & falſi arguet Adverſarium, & ſemet ipſum contra
 „frivolos tuebitur reſponſiones; ſciat fatum Apologiae Dominus *Burghaber*, quæ
 „apud cordatos pioſque vanitatis condemnabitur & falſitatis, nec tamen deſutu-
 „rum, DEo gratiam & vitam largiente, qui falſitatem ſit ſuſcepturus offendendæ
 „plena tractatione vanitatis, & arguendæ falſitatis ejus, ne triumphum ſibi Apo-
 „logeta ſingat, & falſa victoriæ gloria inter ſuos circumferatur.

8) Ipſe enim verbis diſertis proſtetur, ſe Lubecæ primum hanc lucem adſpeſiſſe
 in *Dedicatione ſemiculturæ prima Queſtionum ſelectarum Theologicarum*, ad *Se-
 natum Lubecenſem*, A. MDCLXIV. facta, ita ſcribens: „Nulli me ut vobis,
 „*Viri Splendidiffimi*, Queſtiones has ſelectas conſecrarem, alia movit ratio, quam
 „quod vobis, Patriæ meæ (Lubeca enim *dulce mihi natale* ſolum,) Patribus gra-
 „viſſimis ex lege gratitudinis potiſſimum ſum devinctus, quod & agnovi ſemper
 „privatim, & nunc teſtor publicè.

9) Adducit illos *Henning. Wiſſenſius* in *Memor. Theol.* p. 1891. ſqq.

rè de rebus sacris mereri studuit, editis libellis, vastæ eruditionis testibus. *Homilias* illas intellectas volo, quæ *Lumen ex tenebris* vocantur, atque insigne à *Zacharia* editum vaticinium illustrant. 10) Hæ siquidem invictis prorsus argumentis Evangelico-Lutheranam veritatem adstruunt, & falsitatem doctrinæ Romanensium evincunt, additis Doctorum testimoniis, ut non injuria opusculum hoc *Bibliotheca Anti Pontificia* nomine insigniri mereatur. 11) Eò pariter pertinet *Commonitorium* ipsius triplex, *Evangelicum*, *Epistolicum*, & *Catecheticum*, de *Papismo* fugiendo, *Hafniensium* & *Brunovicensium* usui sacratum, in quo varia adduxit, Reformationis Lutheranæ, in Dania cæptæ, historiam describentia. 12) In *Tractatu* deinde *Theologico*, *irreprehensibilitatem* præcipuum *fidelium*, per distinctas theses, doctè expendente, 13) satis superque demonstravit, se *Theologiae Moralis*, cujus *Medullam* exhibuit, esse gnarissimum, multa tamen insperfit, quæ jactatam perfectionem, Viatoribus in hac, quam calcant, via tributam, impugnant, eamque in Patria demum omni ex parte expectandam esse, docuit. JODOCUM CAPPELLUM, *Rudolphi Cappelli*, Viri, de *Hamburgensium Gymnasio* bene meriti, 14) Genitorem, quem *Hamburgensè Presbyterium* cooptavit, 15) silentio hic prætermittere nolo, quamvis tantum *Disputationem*, eamque *vigesimam primam*, in *Job. Gisenii* Opere, *Papismum* examinante, aliorum excitatus exemplo, 16) respondendo propugnauerit. 17) Id quod, *primo* statim anno post

B

primam

10) Prodierunt illæ, *Zachar. XIV. v. 7.* illustrantes, *Brunovici* Ann. MDCLXXXVII. in 4to.

11) In mente habui, ista scribens, *Judicium Martini Diefenbachii*, Theologi *Francofurtani*, in *Schediasmate Historico-Theologico, de Conversis Pontificiis*, p. 68. abs me adductum, atque hic iterum repetendum. Hic egregius præstantissimi Theologi Liber locupletes admodum indices complectitur *Controversiarum tantum non omnium Papificarum*, adjecta singulis optimorum auctorum allegatione, quæ illas pertractant, ut optimo jure *Catalogus Bibliotheca Anti-Papificæ audire queat*. 12) Excusum illud est A. MDCCII. in 8. 13) A. MDCCII. in 8. proditit,

14) Elogium ejus inserui *Elogiis quorundam Theologorum Sec. XVI. & XVII.* p. 180. sqq. 15) Fuit hic primum Rector Scholæ *Stadenis*, ac postea Pastor *Bilwerderanus*, tandem verò in locum *Dedekenni*, nunc commemorandi, A. MDCXXIX. susceptus, A. MDCLX. vitam cum morte commutavit, teste *D. Jo. Alberto Fabricio* in *Memor. Hamburg. Vol. II. p. 881.*

16) Respicio hic ad *Dissert. LI.* quam *D. Mewo Hannekenium* in eodem opere descendit, & quæ *P. III. p. 728. sq.* evolvi potest, 17) Extat illa in *Papismi P. I. p. 351. sq.*

primam peractam *Jubilæam Festivitatem*, in *Academia Gießena* factum fuisse, deprehendo. In eadem amplissima civitate ante laudatum *Cappellum* docuit olim *M. GEORGIUS DEDEKENNUS*, nostras, cujus eam ob causam hic mentionem facere volupe est, quod iste *Consiliorum Theologicorum volumina* collegerit, inque illis varia, quæ in *Pontificios* animadvertunt, decreta, lectu oppidò digna, & thesauri inæstimabilis locò habenda, exhibuerit. 18) Idem ex diligenti *Scriptorum Lutheri* lectione plurimas sententias excerptis, quæ animos perturbatos erigere & recreare possunt, easque peculiari libello, *Paradisum Gratia & Gaudii*, 19) vocato, inclusit, Lutheri siquidem monita nunquam satis legi, expendi, excerpti, divulgari, repeti, & memoriæ insigi, possunt, quippe quæ & dictionis gravitate, & pondere verborum, abundant, multisque in adversitatibus, quas perpeti habuerunt necesse, in hunc usque diem profuerunt. *M. JOH. ESCHENBERGII* nomen mihi quidem notum haud est, 20) ejus tamen hic dememinisse nolo, cum in *Academia*, quæ ad *Salam* est, Amplissimi Ordinis Philosophorum *Adjunctus* fuerit, atque in *Disputatione prima*, de *Pontificiorum, Calvinianorum, Photinianorum, in contrariis militantium castris communi Symbolo*, quod est: *Mysteria fidei Christiana esse quidem supra, sed non contra rationem hominis, Disputatione prima*, à *D. Johanne Majore, Theologo* illo antiqua virtute & fide, *A. MDCXX.* conscripta, Respondentis spartam præclare ornaverit. 21) Haud dissimili ratione *Exercitio Academico* inclaruit *GEORGIUS Gottleben/Lubecensis*, cætera mihi profus ignotus, qui *A. MDCXLI. Orthodoxias, de Certitudine Gratia DEI*, adversus præcipuos *Pontificiorum, Bel-*
larmi-

18) Conferri hic meretur elogium, quod *D. Jo. Frid. Mayerus*, in *Bibliotheca Scriptorum Theologia Moralis & Conscientiarum*, (quæ *D. Egidii Srauchii Theologia Morali, Gryphiswaldia A. MDCCV.* in pressa, præfixa est) p. 6. sq. huic collectioni scripsit.

19) Meminit ejus *Henningus Wittenius* in *Memor. Theol.* p. 923. ita inscripti, & *A. MDCXI.* in 8. editi: *Freuden Paradies der Gnaden / für angefochtene / schwermüthige / traurige Herzen / aus Gottes Wort / denen Schriften D. Mart. Lutheri / und anderer alten Lehrer.*

20) Perhibetur *Recloratum* administrasse apud *Szolpenses*, in *Pomerania*.

21) Sub præsidio *D. Joh. Gerhardi* in arenam pariter descendit, doctrinas *Pontificiorum* impugnaturus, testantibus ipsius *Disq. Theologicis*, p. 269.

Lirminum, Becanum & Costerum, assertionem dedit, eamque sub præfatio D. WILHELMI LYSERI, quem Vittembergæ amavit, & cathedræ Theologicæ admotum vidit, publico examini submisit. Perquam commodè mihi hic in mentem venit *Jo. Laurentius, Jodoci Laurentii*, Civis Lubecensis, frater, qui Lubecam pariter nostram Patriam sibi vindicat, atque, cum *Giesse* viveret, Scholasque D. *Heinrici Eckhardi* frequentaret, contra *Purgatorium*, ex *Epistola Canonica D. Johannis*, disseruit. 22) M. HEINRICUM LEMMICHIMUM, cum nasceretur, *Lubeca* nostra excepit, atque, cum ad annos, Sacerdotali muneri idoneos, pervenisset, insula sacra exornavit, & ad *Bergenses*, qui in *Norwegia* mercaturam exercent, ire iussit. 23) Hic, patriæ, cujus ornamentum fuit egregium, bono, conscripsit *Reformatam Scholam Pontificiam*, in qua docte evicit, medelam eidem ex verbo cœlesti adhibendam esse. Hæc quidem, post ejus obitum, A. MDCLXXX. lucem hanc adspexit. 24) Vi-

22) Est illa *Dissertatio XV.* in *Epistolam D. Johannis* scripta, atque *Giesse* Ann. MDCL. d. XIX. *Augusti* habita.

23) Natus est *Lubeca* A. MDCII. d. 31. Dec. ac. d. 7. Martii A. MDCLXXIV. denatus, postquam annum ætatis LXXIII. attigisset, per XXXV. annos munci sacro apud *Bergenses* in *Norwegia* præfuisse, & trium uxorum, quas ex patria secum duxerat, maritus factus fuisset.

24) Indicant illam *Scholam* verba sequentia, quæ in *Heinrici Oldenburgii*, *Lubecensis*, qui pariter ipsius Collega fuit, atque in exequiis Lemmichianis sermonem funebrem ad populum habuit, inque eo *ev Davas'lay Christianam* ex *Luc. II. v. 28-31.* exposuit, p. 89. leguntur: Die wenige Zeit / so der seelige Mann bey seinen schweren Amts-Geschäften übrig gehabt / hat er zum Bücher schreiben angewendet / und unterschiedene schöne Tractatein durch öffentlichen Druck heraus gegeben / und ist noch eins vorhanden / so gleichfals mit der Hülffe Gottes soll publiciret / und der Christenheit zu gut ans Licht gegeben werden. Lubet autem integrum titulum *Scripti* hujus *Anti-Pontificii*, prout legitur, hic apponere: *Reformirte Papißische Schule* / darinnen gelehret wird / was der Papißien Religion oder Glaubens-Bekänntniß / und wie dieselbe aus Gottes unfehlbarem Worte zu reformiren und zu wiederlegen sey / nebst einer Tabula de Gradibus in Eben Sachen / wieder des Papißis Dispensation, den Einfältigen und Liebhabern der Wahrheit zum Unterricht obn alle Bitterkeit und Personalien &c. in 8. Hanc autem *Scholam Reformatam Pontificiam* ab eodem Viro erudito promissam fuisse, ex *Præfatione*, quam *Schola Reformata Calvinianorum*, (*Lubeca* A. MDCXLVIII. impressæ) præmisit, disci potest, in qua verba ejus ita fluunt: Wormit der gütliche Leser wollic content, und friedlich seyn, biß (so es dem frommen Gott gefällig ist) die Reformirte Catholisch-oder Papißische (die etwas weitläufftiger seyn wird) und darauff eine

rum tamen optimè de Ecclesia meritum intermori vetat, atque
 iis annumerat, qui Lubecensibus, extra Patriam claris, Scriptisque
 nobilitatis, 25) palmam si non præcipere, dubiam tamen face-
 re possunt. Idem, cum Lubecæ extra ministerium publicum vi-
 veret, *Vindicationem generalem & specialem Librorum Apocryphorum Vet. &
 N. Testamenti* 26) adornavit, multaque protulit, in medium, quæ Pon-
 tificios, parum reverenter de divinis litteris sentientes, argumen-
 tis ponderosis jugulant. Hisce, quos nunc commendavi, Theolo-
 gis, Juris Consultum ac Polyhistorum superaddo, DANIELEM
 LIPSTORPIUM, qui in Academia regia Upsaliensi primum Pro-
 fessorem, ac postea Advocatum Curix Hollandicæ egit, 27) Filium
Danielis Lipstorpü, cujus opera Ecclesia Cathedralis per decem ferè
 lustra est gavisa, 28) ac *Henrici Lipstorpü*, Medici Lubecensis, Ge-
 nitorem, 29) qui, edito de *Monarchia Papali*, in quam eruditè &
 solidè inquisivit, Libro, 30) egregiam nominis famam est con-
 secu-

Photinianische / Wigelianische Schule erfolgt. Hanc autem nunquam prodiiisse
 constat. Ceterum idem *Lemmichius* tum in *Academia Jenensî*, cum ab ore *D. Fo-
 Gerhardi* penderet, sub ejus moderamine *Disp. IV. Rob. Bellarmino* oppositam, de
Papa Romano, propugnavit, ceu in *ejus Disput. Theol. p. 1514. sqq.* videre est; tum
Vittembergæ, sub præsidio *D. Wilhelmi Lyseri*, *Disputationem*, de *Nomine Catholico*,
Lutheranis attribuenda, & *Pontificiis asferendo*, à se conscriptam, A. MDCXXXIX.
 proposuit, quam A. MDCLXVI libello, *Vindicationem incarnati veri Messie pro-*
missæ, exhibenti, & *Rostochii* in 3. edito, denuo adjecit.

25) Præter Scripta modò commemorata edidit quoque *Scholam Virtorum*, *Ro-
 stochii* A. MDCLXIV. 8. impressam, in qua exhibuit *Delineationem*, oder *einen Ab-
 riß* etlicher *Easter*, verfasst in 20. *Predigten*. Integrum autem titulum libri, *Refor-*
matis oppositi, cujus modò memini, hic apponam: *Reformirte Calvinische*
Schule, darin gelehret wird, was der *Calvinischen Religion*, oder *Glaubens-Verânt-*
niss, und wie dieselbe aus *Gottes* unsehlit'aren *Worte* zu reformiren, und zu wiederle-
 gen sey, nebst gutem *Bericht*, wie, und wann er mit ihnen *geistlicher Vortrag*, und
Brüderschafft könne gemacht werden. Den *Einsältigen* und *Liebhabern* der *Wahr-*
heit zum *Unterricht*, ohn alle *Bitterkeit*, und *Personalien* auffgerichtet und gestiftet.

26) Prodiit illa *Vindicatione Lubecæ* A. MDCXXXVIII, toti Reverendo Presbyterio,
 quod hic Lubecæ fuit, inscripta.

27) Natus est Lubecæ A. MDCXXXI. & A. MDCLXXXIV, iterum denatus, cujus
 vitæ cursum descripsit *Abrahamus Hinekclmannus*.

28) ἐπιλόγιος ejus inferus est *Elogiis Germanorū quorundā Theologorū*, p. 517. sq.

29) Mundum hunc ingressus est A. MDCLXVI, seculo autem digressus A. MDCLL.

30) *Fene* A. MDCLVI. is in 4to excusus est, hoc coruscans Lemmate: *Formatio*
 & *Exclusio infrumiga Monarchiæ Papalis*, publicata simul *mala Baronii fide*, &

fecutus. Sed ad SEBASTIANUM NIEMANNUM, Theologum, & Jenensem, & Slesvicensem, deveniens, eundem quoque doctum suum calamum in Pontificios strinxisse, reticere nequeo.

vindictis ab ea Furibus Casareis, & summarum Potestatum circa sacra, ex ipsa veneranda Antiquitate Ecclesiastica per partes ostensa & explicata, per Danielem Lipsorpium, Lubecensem. Duobus absolvit librum parvibus, quatuor prior, Wilhelmus IV. Duci Saxonie Vinariensi, in cujus aula tunc harebat, inscripta, XVII. Capita, posterior, Bernhardo & Friderico, Ducibus Saxonie, Fratribus Germanis, & Jo. Augusto, Heredi Norwegie, & Duci Slesvicensi, quibus ab institutione erat, sacrata, XV. exhibet Sectiones. Variæ eruditæque lætionis Opusculum hoc eruditissimum haud ingratum esse, non immerito arbitror. Meretur autem hic legi Jo. Struchii, Jcti Jenensis eleganter docti, Epistola nitide acterse scripta, qua Danielem Lipsorpiam compellavit, ejusque Monarchiam Papalem exornavit; Cum hæcenus disciplinas Mathematicas, solis excellentibus ingenii servatas, felicissimi ingenii indole complexus fueris, satis tibi studiorum tuorum conscientia esse poterat: sed rara felicitate, nec meritis indigna factum, ut apud præstantissimos quosque in hac arte magistros, nomen atque celebritatem adeptus, inde protinus ad Aulas magnorum Principum fieres gratiosus. Vinariensis etiam nostra, longè Illustrissima, spes stirpis suæ, ornamento seculi atque salutis publicæ natas, fidei tuæ atque eruditioni crederet. Quo tempore, ardua simul fungens provincia, studium tuum vastissimum juris & impeditisimum majori animo, quam tempore, subegisti, ut si dicere vellem, quanto spatio id transieris, vix crederent aliqui: Multi fecundas agere me suspicaturi essent. Sed bene, quod propediem, ut spero, Amplissimus Ordo intercedere arbitretur; cuius iudicio nemo, nisi vel insunitus, vel insigniter malevolus, derogatum ibit. Inter hæc, & dum subinde alias atque alias litteratorum hominum obires partes, nascitur, quem nunc prodire audio, sub manu velut tibi liber, quo in Romani Episcopi πρωτερον inquirere diceris. Nondum enim vidisse contigit. Ita tamen iudico, nihil in hoc argumento virum prudentem tentatum facile, nisi conscientia studiorum his, quæ à cæteris jam satis agitata, & quasi transacta, grande momentum se additurum confidat. Nam cum & olim hæc res in varias partes tracta, & hodie imprimis acerrimè manus conferantur, congregianturque utrinque sublimitia, omniumque divinarum ac humanarum rerum scientiæ solide instructa ingenia, facile conjicio, ad partes neminem unum venire, qui vel suæ satisfactioni aliquid eximit conferre, vel adversæ saltem impetum sustinere non possit. Hoc ergo de Te promitto, hoc exspecto ab elegantissimo ingenio. Qui cum, simul in hanc Academiam veneris, arctius me contraxisse valde gaudeo, & dies ne veniat, quo ponere possit. Nunc nihil adeo cupio, quam vidisse librum tuum. Nec morabor, quin è potestate illius manum mittas, quod agis nunc unice. Vale & strenue rem gere. Jenæ. 24. Aprilis, 1656. De scriptis ejus Philosophicis differrentem juvat audire Hinckelmannum, qui in eorum commendationem sequentia tradidit: *Versantur in manibus & fama doctorum Specimina Philosophiæ Cartesianæ, quæ Rosochii primum delineata, postea in justis corporis formam redacta, LUGDUNI (quò se studiorum causa anno LII. contulerat) typis iterum describi curavit. Est illud opus, æque ac Copernicus ejus reddivus acutamentis factus, vulgaria ingenia ad sui amorem & contemplationem minime admittens. Quæquam enim omnia quæ CARTESIUS scripsit à nemine, qui non in verba hujus Magistri juravit, (quò Carteso ipsi nihil insulsius visum) probari possunt: fatendum tamen est, in multis iisque obscurissimis rebus novum hæc Philosophum plura vidisse, quam omnem veterum Sapientum turbam.*

Etenim non solum is idiomate vernaculo *Jodocum Keddium*, qui tunc temporis dicam Lutheranorum cœtui scribere haud vereratur, ejusque socium, *Jo. Laurentium Hellerum*, scriptis, lucernam olentibus, debellavit; Sed eruditus etiam *Dissertationibus*, veram Miraculorum indolem, Indulgentias Papales, distinctas Pontificiorum in inferno classes, Jejunium Christi Quadragesimale, Dialogos Erbermannianos, inter Lutherum & Arium institutos, Meritum bonorum Operum, Anti-Christum, aliaque argumenta, consideratu, & vindicatione digna, vel descripsit, vel examinavit, vel proscripsit. 31) Nimis prolixum foret ac tædiosum planè, si MICHAELIS SIRICII, quem, *Giesſa* votivis plaussibus dimisit, *Güſtrovium* profecturum, scripta enumerare hic vellem, quæ adversus *Jo. Rosenthalium*, *Jo. Schefflerum*, 32) *Frates Walenburchios* paravit, quibus & *Idolum Papale*, ex ipsa *Papatus praxi*, & antiquis monumentis per aliquot capita demonstratum, & *Ostensio fundamentalis abominationum Papatus circa religiosum creaturarum cultum, tribus distincta libris*, jure quodam superaddi potest. 33) In his enim præclare admodum ostendit, se Pontificiorum monumenta diligenter evoluisse, pravas eorum sententias excerptisse, & prout merentur, pessundidisse. JUSTUS equidem CHRISTOPHORUS SCHOMERUS ex professo Pontificiorum non est aggressus turbam, si unam vel alteram modo excipiam *Dissertationem*, verum religiosæ adorationis objectum, 34) & formam fidei justificantis 35) insinuantem, in scholis tamen, quas aperuit, & *Collegio recentissimarum Controversiarum*, quod in lucem publicam 36) productum est, ad liquidum deduxit, portenta dogmatum, quæ Curia Romana fovet, omni studio esse averſanda. NICOLAI autem SCHOMERI,

31) Scripta ipsius laudantur à D. D. *Henrico Pippingio* in *Decadum Septenario, Memoriam Theologorum renovatam exhibente*, p. 15. sq. 32) Ea, quæ *Jo. Schefflero* opposuit, duabus *Dissertationibus* inclusa sunt, quarum posteriorem *Johannes Wagsbecke Lubecensis*, A. MDCLX, defendit. 33) Ferias hac in re mihi fecit Venerandus Aulae Saxonicae Theologus, *D. Heinr. Pippingius l. c. p. 92. sqq.*

34) Est illa *Dissertatio* ejus *inauguralis Theologica*, quam sub præsidio *D. Augusti Varentii* A. MDCLXXVII, proposuit, cui addi potest *Dissertatio* ejus *Theologica*, quam de *Penitentia* conscripsit, atque A. MDCLXXI, in *Academia Giesſena*, Præsidente *D. Philippo Ludovico Hannekenio*, propugnavit, in qua eruditæ leguntur *Observationes*, adversus Pontificios directæ.

35) Habita illa fuit A. MDXC. Resp. *Henr. Gothofr. Viscio*, Syerinculi.

36) A. MDCCIII, curâ *M. Heinr. Ascanii Engelkenii*.

qvi laudati Theologi parens fuit, tanto filio haud indignus, atqve Senator olim Lubecensis, 37) qvò minus hic obliviscar, temperare mihi neqveo. Is enim, dissimulato licet nomine suo, libellum qvendam paravit adversus Pontificiorum Cærum, in qvo notas veræ & falsæ Ecclesiæ brevi complexu exhibuit. 38) Qvoties ADAMUM TRIBBECHOVIUM qvem in Schola hac genitum, enutritum, variisque artibus perpolitum esse, novimus, in memoriam mihi revoco, toties beneficii insimul Schabbeliani recordari soleo, qvippe qvod Viros aluit, & Ecclesiæ dedit, ipsius commoda invidendis successibus promoventes. Hinc Tribbechovius illud JO. MEISNERI iudicium, ac votum, qvod ipsi, ad τὸν μετὰ αὐτῶν Præsulem, Menonem Hannekenium, scribenti, 39) excidit, sibi vendicare potuit: Beneficium Schabbelianum verè beneficium, & ingens quoque est, cujus ope ego in hunc locum aspiravi, quem nunc teneo, absqve quo si fuisset, studia mea in medio cursu abrumpere coactus fuisset. Bene sit B. fundatori & omnibus iis, qvi nunc quoque in eo conservando laborant. Huic autem, rationem studiorum & impensarum reddenti, debet orbis eruditus exquisitissimas illas Exercitationes, 40) in Annales Baronii scriptas, qvæ omne merentur punctum, ac magno illi ingeniorum Arbitro, Conrado Samueli Schurtzfleischio, dignæ videbantur, qvæ post doctas Casauboni Exercitationes diligenter legerentur, & Jo. Heinrici Ottrii Examini Annalium Baronii longe præferrentur. Nec WILHELMUS VERPORTENIUS, venerabilis Hannekenii Gener, ejusdem stipendii Collatores defraudavit unqvam, sed spem de se conceptam abunde satis implevit, prout munia illa sacra, qvibus admotus fuit, cum

37) Incepit hic vivere *Osnabrüge* A. MDCXIII. desit vero *Lubeca* A. MDCXC. Labente quarto Mense anni ætatis LXXVII.

38) Inscriptio libelli hunc in modum sonat: *Deffentliche Darstellung* / der von so vielen betrüglig gesuchten wahren Catholischen Kirchen / ohne welche niemand selig werden kan. Mit angefügten Kennzeichen aller Particular reinen und uncorinthen Gemeinen / von Victor Zäter entworfen. Im Jahr 1688. in 12. Hujus autem autorem esse *Nicolaum Schömerum*, amicus me monuit, cui eo nomine me obstructum profiteor.

39) Litteræ illius, quas inspicere mihi licuit, exaratæ fuerunt d. 24. Jan. A. MDCLXI.

40) Quinqve quidem tantum sunt *Exercitationes* ad *Baronii Annales*, ubi desit *Jaacus Casaubonus*, in *Academia Kiloniensi* ad disputandum propositæ; illæ tamen iterata editione Eruditæ dignæ fuerunt visæ, qvapropter *Christiani Kortbolts Dissquisitionibus Anti-Baronianis*, cum recuderentur, fuerunt annexæ.




cum *Dissertatione inaugurali*, adversus Autorem, (qui confusionem
 eheu! religionum molitur) *Aurora pacis religioſe, divinae veritati
 amica* 41) directa, confirmarunt. Hiſce tandem *Casparum Heinricum
 Starckium*, in vicinia apud Siebenbaumenſes docentem, adjungo,
 qui, edita *Dissertatione*, de *Salute Virginis Mariae, & Vindictis, pro Rythmo
 Lutheri*, castum foeminarum amorem laudantis, paratis, ſingulis
 notum fecit, nec Mariolatriam ipſi placuiſſe unquam, nec *Lutheri
 defenſionem* fuiſſe haud ingratam. 42) Ultimo *Franciſcum Täuch-
 lerum* hic adducendum eſſe cenſeo, qui amplifſimo patriæ Senatui
Schedium de Superſtitione inſcripſit & obtulit, 43) in quo abunde ſa-
 tis declaravit, ſe ſuperſtitioſum Romanenſium cultum valde ac
 ſtudioſe improbare & rejicere.


Hoſce ergo claros Lubecenſes ad *Bibliothecam Anti-Pontificam* pertinere autu-
 mo, quippe qui, tum in Academiis præclaram ſtudiis ſacris navarunt operam, tum in
 adulta ætate, rectè ſentientes in vera veritatis divinae profeſſione confirmare ſubindo
 ſtuderunt. Veſtrum itaque eſt, *Juvenes dilectiſſimi*, horum ſectari veſtigia. Veſtrum
 eſt, horum diligenter legere Opuſcula. Veſtrum eſt, periculoſas Papatus ſententias
 agnoſcere, agnitas indicare, indicatas evitare, evitatas quo nunquam recipere, nec pro-
 pugnare. Meum autem eſt, extremo DEum ter Optimum terque Maximum, indul-
 gentiſſimum Scholarum Patrem, ſupplicibus votis defagitare & exorare, ut illuſtrem
 hanc civitatem, veram Chriſti Eccleſiam, Scholamque hanc noſtram, à Pontificiorum
 liberet machinationibus, eamque, & Moderatoribus, & Doctores, & Magiſtris,
 abundare, hoſque ſingulos perennare jubeat, quam felicifſimè, quam diutiſſimè! Dixi-

41) Indicavi illud ſcriptum, in vicem inauguralis *Dissertationis*, *Gieſſæ* Ann.
 MDCLXXIX, Præſide *D. Phil. Lud. Hannekenio* propoſitum, in *Elogiis Germano-
 rum quorundam Theologorum*, p. 613, quippe quod inſtelligat *Conſenſum funda-
 mentalem Lutheranorum & Pontificiorum, in fundamento Salvationis primo &
 ſimo, quod eſt Jeſus Chriſtus, quem ſe demonſtraſſe putat Autor Aurora cujuſdam
 pacis religioſa, divina veritati amica*.

42) Illa, quæ *Dissertatio Epistoſica* eſt, lucem hanc adſpexit *Lubeca* Ann.
 MDCCVI. Hæ autem nuptiis, *Fo. Dan. Burghardi*, Eccleſiaſtæ Lubecenſis ad *B.
 Virginis templum*, A. MDCCII, celebratis, fuerunt ſacrate, & marginalem *B.
 Lutheri* in Prov. XXXI. 10. Gloſſam: *Nichts liebers iſt auff Erden / denn Brauett
 Lieb; wenns kan werden / à cavillis Pontificiorum liberatum eunt*.

43) Editum illud eſt A. MDCLXII. in 4to. Eodem de argumento *Dissertationem
 Theologicam* conſcripſit *D. Martinus Geierus, Lipſiæ* A. MDCLX. vulgatam. *Tracta-
 tum autem Præcticum*, de *Superſtitione*, quatenus vulgo vanam exercet obser-
 vantiam, vel alios deducit ad Magiam, in uſum Paſtorum, Verbi Miniſtrorum, ce-
 terorumque piè Doctorem, autoritate publica, conſcripſit *Jofua Arndius*, atque
Urbroviæ A. MDCLXIV, typis exſcribi juſſit.





BR. 529, 27

B. m. II

II i
1045

**BIBLIOTHECA
ANTI-PONTIFICIÆ
CLARORUM LUBECENSIVM,
SPECIMEN**

D. XIX. Octobr. A. MDCCXVII.

in

BIBLIOTHECA
PONTIFECIANA

UNIVERSITÄT
HALLE
SAMMELBIBLIOTHEK

Phrontisterio

Lubecensi

X 2313032

edidit

GEORGIUS HEINRICUS GOETZIUS, D.

Superintendens.

LUBECÆ, Typis Samuelis Struckii.